



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Iosop hat Rex Iudæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

LXXV. At in parte tribus Judæ ¹ Afab mortuo, ² Josphat filius ejus regnare cœpit, vir ³ religiosus virtutibus merito clarus. Is ⁴ cum Jambri pacem habuit. Defunctus est ⁵ autem, ⁶ cum regnasset annos v. & xx. Hujus imperii tempore, ⁷ Achab Jambri filius, rex decem tribuum fuit, ⁸ ultra omnes ⁹ in Dominum impius. Namque ¹⁰ Jezabel, ¹¹ filia Basæ

struxit, & eo Thirza, quod incendio & direptione fœdata esset, delectatus etiam natura loci sedem regiam transtulit. I Reg. 16. v. 26. 30. A quo tempore regnum Israël etiam dictum fuit Samaria. Quod nomen postea semper duravit, ut ex Joh. 4. 7. patet. *Lyra Casaub. alii.*

1 *Afab mortuo.*] Afa mortuus est anno regni sui quadragesimo primo, II Paralip. 36. 13. Quamvis in editione Græca, *ἐν τῷ τεσσαρῆκοντῷ ἔτη τῆ βασιλείας αὐτοῦ.* In Chronico Eusebii, *Hebraeorum Iudæ rex quintus Afa, an. XLII. Drus.* Hinc certe videre licet, quam curæ sint Deo res hominum, & quomodo bonos diligit, malos contra funditus eradicet. Israëlitarum enim reges propter impietatem brevi tempore alius ab alio, cum totis familiis, sublatis sunt. Afabus verò Hierosolymorum duarumque tribuum rex, ob pietatem ac justitiam feliciter Dei favore vivens, ad extremam pervenit senectam, & post unum & quadraginta regni annos bona morte decessit. *Josephus.*

2 *Josphat filius ejus.*] II Paralipomenon. cap. 18. *Josephus VIII. 7. Τῆτον μιμητὴν Δαβὶδ' ἔ' ἀεπάππε κατὰ τε ἀνδρείαν καὶ δὲ σέβειαν ἀπάντες ἐν τοῖς ἔργοις ἰσάλατον.*

3 *Religiosis virtutibus.*] Malim *religioni.* Sigonius. *Εἶχαν δὲ ἀδρές τε καὶ στωερῶν τὸ θεῖον, δι' αὐτῶν ἄν καὶ δὲ σέβει, καὶ πὶ καθ' ἐκείνην ἡμέραν ἠδὲ πειθήσι καὶ ἀεσσηνές τῶ θεῷ ζῆλῶν.* *Josephus.*

4 *Cum Jambri pacem habuit.*] Potestne hoc ita esse? Nam Amri ante Josphatum fato functus est. Id liquet ex III

Regum 16. v. 29. Achab autem filius Amri sive Omri regnavit super Israël anno trigesimo octavo Afa regis Juda, ut habetur III Regum cap. 16. v. 29. *Drusius.*

5 *Cum regnasset annos v. & xx.*] Sic II Paralip 20. 31. & in Chronicis Eusebii, *Hebraeorum Iudæ rex sextus Iosaphat religiosus ann. 25.* Drus. Solus non regnavit nisi annis xxii. Nam tres ultimi ipsius anni adscribuntur filio ejus Joram. qui 4. Reg. 8. v. 16. dicitur cœpisse regnare anno quinto Iorami filii Achab. Hic vero Ioram Rex Israël cœpit regnare finiente anno xviii. Iosaphat Reges Iuda. IV Reg. 3. v. 1. Et his xviii. annis, si superaddas quinque, invenies xxxiii. annum regni Iosaphat, esse primum Iorami ejus filii. Ergo soli Iosaphat non cedunt nisi xxxiii. anni. *Tir.*

6 *Ultra omnes.*] Id est, supra omnes. Sic alibi, *ultra modum, ultra famam, & admodum ultra omnia mortalia illustrem.* In vita Martini: *ultra humanum modum.* *Drus.*

7 *In Dominum impius.*] III Reg. 15. Quia non exemplo tantum, sed & legibus homines sibi subditos coegit ad malos cultus Mich. 6. v. 16. Sulpicius pii Regis multa memorabilia, imo universa omisit. Quippe affinitatem cum Achab impio Rege junxit, Athalia filia ejus in matrimonium Joram filio collocata, eumque ad Syriacum bellum secutus, divina ope servatus est. Vatem Jehu affinitatem illam increpantem, benigne audivit. Iterum Rempublicam constituit. Bello finitimorum petitus, jejunio & precibus victoriam retinuit. Inde eum Ochozia & Joto, ipsius Achab successoribus, societates renovavit